

siones in auctorem longe difficillimum, & cuius latino-  
rum primi procellosum & auum sulcauimus mare, nuncu-  
patas dicatasq; vellem. Quas si intellexero non vsque-  
quaq; fuisse ingratas, causa erit quamobrem quos serius  
lucubrationibus libros inchoaui de sectione & polituris  
marmorum, de pictura et certa coloru compositione, de in-  
sectoria et fullonica, de figulina, de sutrina, de vitraria, de  
textrina quæq; radio, quæq; læis idest pondusculis perfici-  
tur, tadem aliquando absoluam. Valeat tua Maiestas.  
Roma Cal. Augusti. M. D. XLIIII.

VITRUVII VITA EX IPSO  
opere per Philandrum collecta.

M. Vitruuii Pollionis quæ fuerit patria, video in du-  
bium reuocari, quibusdam Romanum nullo argumento,  
aliis Veronensem existimantibus, quod Veronæ in vete-  
ris structuræ arcu ad hunc modum legatur.

L. VITRUVIVS. L. L. CERDO  
ARCHITECTVS.

Ha inscriptio fecit, vt vir doctissimus Andreas Alciatus,  
decem libroru de Architectura auctore. L. Vitruuiu Pel-  
lionem appellare se mihi dixerit, & postea ædiderit, quod  
Pellio, aiebat, id quod credo significaret. In cuius sen-  
tentiam ne transeam, multa me mouent. Primum, quod  
in omnibus exemplaribus. M. non. L. & Pollionem non  
Pellionem legerim. Deinde, quod cerdonem, pace ta-  
ti viri dixerim, non esse continuo quod pellionem, facile